



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De  
Imitatione Christi Libri Qvatvor**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiæ, 1617**

Cap. XXXIII. De instabilitate cordis, & de intentione finali ad Deum  
habenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](#)

re à me aurum ignitum, vt locuples fias, id est, cælestem sapientiam, omnia infima conculcantem. Postpone terrenam sapientiam, omnem humānam & propriam complacentiam.

3. Dixi, viliora tibi emenda pro pretiosis & altis, in rebus humanis. Nam valdè vilis & parua, ac pænè obliuioni tradita videtur, vera cælestis sapientia: non sapiens alta de se, nec magnificari quærens in terra, quam multi ore tenus prædicant, sed vita longè dissentunt: ipsa tamen est pretiosa margarita, à multis abscondita.

13.

Matth.

## C A P. XXXIII.

*De instabilitate cordis, & de intentione finali, ad Deum habenda.*

**F**ILI, noli credere affectui tuo:

qui nunc est, citò mutabitur in aliud. Quamdiu vixeris, mutabilitati subiectus es, etiam nolens: vt modò latus, modò tristis: modò pacatus, modò turbatus: nunc deuotus, nūc indeuotus: nunc studiosus, nunc acediosus: nunc grauis, nunc

H 6 leuis

leuis inueniaris. Sed stat super hæc  
mutabilia sapiens, & benè doctus in  
spiritu, non attendens, quid in se  
fentiat, vel qua parte flet ventus insta-  
bilitatis: sed ut tota intentio mentis  
eius, ad debitum & optimum profi-  
ciat finem. Nam sic poterit vnuſ &  
idem, inconcussusque permanere,  
simplici intentionis oculo, per tot va-  
rios euentus, ad me imprætermisſè  
directo.

*Matt. 6.* 2 Quantò autem purior fuerit in-  
tentionis oculus, tantò constantius  
inter diuersas itur procellas. Sed in  
multis caligat oculus puræ intentio-  
nis: respicitur enim citò in aliquod  
delectabile, quod occurrit. Nam &

*Ioā. 11.* raro totus liber quis inuenitur, à nxe-  
uo propriæ exquisitionis. Sic Iudæi  
olim venerant in Bethaniam, ad Mar-  
tham & Mariam: non propter Ie-

*Matt. 6.* sum tantum, sed & ut Lazarum vi-  
derent. Mundandus est ergo inten-  
tionis oculus, ut sit simplex & rectus,  
atque ultra omnia varia media ad me  
dirigendus.

CAP.